

# VIA APPPIA

*Sui, Hæreſeon, Vitiorūmque  
VICTOR,*

**D. FRANCISCUS  
SALESIUS**

Genevensium Antistes ,

**D. FRANCISCI DE PAULA**  
Magni Minimorum Patris  
**FILIUS MAXIMUS,**

Inter

Heroa Suarum Virtutum Monumenta ,  
Orthodoxæ Romæ applausus ,  
Onomastica Solemnia ,  
Oratoriè deductus

Vetero-Pragæ in Ecclesia Adm: RR. PP. Ord: Minimorum

**S. FRANCISCI DE PAULA.**

à P. WENCESLAO HLADKY Societ: JESU Religioso.  
Annô Salutis Viam Universæ Carnis ingressæ 1713.  
Die 29. Januarii.

*HONORI*  
*ac*  
*VENERATIONI*  
Ejusdem  
**D. FRANCISCI  
SALESII**  
Genevensium Antistitis,  
Sui, Hæreseon, Vitiorūmque  
**VICTORIS**  
**D. FRANCISCI DE PAULA**  
Magni Minimorum Patris  
**FILII MAXIMI.**



# DIVINISSIME SALESI.



D annua Tibi redeunti solennia in Via Appia occurrimus. Fama, præmissus à seculo Victoriarum Tuarum Nuncius nobis dixit, deditque nepoti mundo patentes, Te cum grandi heroarum Virtutum comitatu non alio venturum calle, quam eo, qui triumphantes importabat. Et hic quidem dilatata in Sabaudiam Galliamque magnitudini tua impar est, cùm illâc sape ovarent solo nomine Celsi, factisque tuis longè humiliores elatos portis triumphalibus submitterent Vertices; Tu vero heresi, Vitiis, Téque ipso major laureatum caput calo intulisti. Soli illi ingentes ut ita dicam, fornices meritos triumphis tuis curvaverunt Arcus; non dedignaberis

ris tamen etiam Minimos debitâ Tibi inclinari reverentiâ, cùm tot exemplis aliis stimulemur ad homagium. Assurrexerunt Tibi mortui, acclamavit Viva Vocis Oraculum, accurrerunt honores Vaticani, quos plius quam humanè excepturus nec pileum apponere voluisti Cardinalitium, deditique his præteritis, ad te accedendi Viam Appiam etiam Minimis. Damus Tibi plausus, tametsi merearis singulares, tamen ratione vulgaris conceptus obvios. Hoc Tuæ Via solum deprecamur peregrinum esse, quod cùm Tu feceris maxima, de Te Orator non possit dicere nisi minima. Fecit id ex genio, & Minimorum, quorum Vice loquitur, & minima Societatis, cuius insimus est filius. Cùm igitur Tuæ magnitudinis sit, nec Stylo posse attingi altissimò, admitte; ut cum humili Oratore, Tibi in Via Appia sit à pedibus

Conventus Minimorum  
S. FRANCISCI DE PAULA  
Pragæ.



# ORATIO.



Ræteritam inglorio sæculorum  
ordine (a) Appiam, herois sui SA (a) *Vid App-*  
LESII instaurat monumentis Orthodo- p'a fere omo-  
xa Roma. Ad ædile munus hoc non nes Romam  
conducit victrices Consulum secures; Triumphi,  
architecta siquidem virtute, solidius Pomponius  
jacit fundamentum, quam quicunque *Letus in Vita*  
fortunæ fabri. Ad Tuscos focos tepida Scævolæ dextera  
languidior est, quam ut grandioris animi molem erigat con-  
tra aëris, temporisque omnis staturam injurias. In illa via-  
rum strata operam suam elocet, quæ tantum transeunti Glo-  
riæ triumphantium fastus decrevère. Nec currenti tem-  
pori de via cedit Appia, in æternitatem ducta Virtutum ge-  
nuinarum processio. At verò interim fumo obscurior suo  
transit, inextincti in se & Hetruscos odii Pyrausta Mutius,  
ipsi tacendus famæ, nec pulchrô historicorum digitô curio-  
sis ostendendus posteris, nisi ambustâ monstraretur manu. (b) (b) *Livius*  
Ostentatricem hanc nemo sequirur, nisi toto cœlo à via Ap- *L. 2. ab urbe*  
pia melioris Romæ aberraturus, ingloria cæcæ gentilitatis *condita*,  
ingressus compita. Toties hac Domitianos muscarum  
Victores, vitiorum servos, ignobiliaque sui mancipia Ele-  
phantis traduxerunt inanes pompæ; illac verò non trium-  
phat Christianæ virtutis placitô, nisi sui vitiorumque vi-  
ctor; latiore enim merita tramitem Herois Orthodoxi  
amplitudo, ignotos Virtuti angiportus cessit Aurelii, qui  
fugiant magis quam sequantur jugalibus cervis victoriam,

naturamque sibi in sylva de feris palmam, Diana non Martis  
lituō gratulentur. Melior campus martius in Italiam, Sa-  
baudiam, Galliam exorrectus, hinc lupam leone Nemex  
ferociorem, inde hydram hæreticam Salesianæ litat Victo-  
riæ. Illam Cypri æquoris, hanc stagni Lemani non ignavè  
stagnantium Bajorum objecit arena, in qua in hostes Patriæ  
progressuro Caligulæ conchas legendi occurrit consilium,  
non oppugnati Neptuni ejectas nauseā; ut iis triumphalia  
plaustra Capitoliumque in summum Victoriae dedecus cali-  
gatum monstrum oneraret. Conchiliis ex sterili laurearum  
littore lectis SALESIANÆ eminent manubiæ: divisæ schi-  
smatis heterodoxis Ecclesiæ evicisse Unionem, pretium  
Regni Celtiberorum. Quidquid agat ignavus cochlearum  
Victor, nunquam a conchis muricem, quo tingat Palmatam,

(c) *Palmata  
Vestis trium-  
phalis Svevo-  
nia, in Claudi.  
c. 17.*

(c) immeritus exprimet, hæc ultroneè conspicuum magna-  
nima Virtus, Vaticanam erubescens ad purpuram in via Ap-  
pia honorum detriumphatorem ostendit SALESIUM.

Spectate Auditores per illa ardua, non vacuas virtutum curules laboriosiori eluctari orbita, nulli post SALESI-  
UM quam meo vulgari stylo tritâ; quis enim sufficienti  
verborum apparatu dignam spectatore DEO, admiratore  
mundo adornet pompam? diffiderem parvitati meæ, nisi sci-  
rem in grandi SALESIANARUM Virtutum comitatu etiam  
esse MINIMOS. Admitte Magna MINIMORUM Religio,  
quæ Eidem, Cui SALESIUS militavit, stipendiaris Duci, (d)  
numerisque in dote triumphos; ut eductum è Domo tua, SA-  
LESII, de se, hæresi, Vitiis, honoreque triumphantis ordi-  
nem pedisequa comitetur Oratio, humiliisque Panegyrici foliis  
Viæ Eidem insternat Appiam. Nè hoc excursu Rhetori-  
co Vestram AA. fatigem patientiam; hospitales viatrici  
eloquentiaz aures favete.

(d) *Septim s  
à conceptione  
Mense Natus  
Salesius. ita  
Maximas du  
Tour in viss.*

A lacte viam lacteam Heroum Appiam auspicatur SA-  
LESIUS, portentosa Lucina, jussit Eum vix Viatorem jam  
(e) Præcursorum DEI maturatis antevenire natalibus. Sa-  
lutaraverant Joannem exilientem in cunas communes Judæz  
beneominantis plausus; & SALESIO grandi Sa. auditorum

Montium partui sua applaudunt gaudia, nec silentium Zachiariae amulari licet tacito Oratori, ubi nihil vetat loqui nisi admiratio, attonita etiam Tulliorum rostra elinguatura. Nodum linguis, animis vincula injicit, vix luci jam victoriis natus SALESIUS, vagitu acclamationem, fasciis fasces, cunis Curules meritus Triumphales. Fugite exulceratorum animorum furia! flagellô vobis imminent, quæ vultum comunt SALESIANUM Gratiae, migratae Ægystorum lapanaria! innocentium genarum rosæ vestram pungunt invercundiam, frons effrontes arietat, de immodestia Arcus triumphant ciliorum! dato Victori viam, virulenta Calvinianæ hæreseos hydra! jam jam angues tuos heroa elideret manu SALESIUS, nisi fasciis ligaretur Alcides Allobrox. Everrere dissolutum aphrodisiâ spumâ lutum; è via everrere, illique locum da viatori; (f) qui semel fontibus lustralibus lotus nullis admittit sordescere quisquiliis. Projectæ in omne facinus ganæ, scelerum diversoria, nè viam occupate Appiam melioris triumphatoris! Jam factis prætextam egreditur, & in va- gientibus membris summum heroum ostentat caput, ad cuius mentem nullus aliud quam Cæsar triumpharet. SALE-

SII unius est, non citius vitæ adesse quam Victoriæ, hoc verò illi commune cum Cæfare: Venit, vidit, vicit. (g) Castigata solo intuitu, vultusque, lactentis adhuc, magnanima auctoritate, vitia Virtutis subjecit lupato; & quidnî hostes honesto refractarios superaret? qui jam moribus ætatem vin- cebat. Virum in puerो stupuit literarium trivium, inque viam illi dilatabatur Appiam; Orbitorumque virgæ, (h) serario, inno- quibus se dyscolorum loco subjiciebat, in fasces ligabantur, cens pro son- pompa partæ desé ipso Victoriæ adornaturos plusquam Consularem.

Progredere SALESI, & majorem assurgito in hastam, sub hac Claromontanæ Societatis JESU Pallas emendas labore proponit scientias; (i) Nunquam pretiosiores quam dum no Soc: JESU ingenti SALESII talento æstimarentur; liberale hinc Con- giarium habitura arma scholastica SALESIANIS pronè mili- ficeribus literis imbu- tant conatibus. Pallorem, non ignavus ardua aggrediendi suribid, p. timor, t. c. 4.

(f) *Illibatam  
Innocentiam  
sepulchro in-  
tulit. in vita.*  
p. s. c. 6.

(g) *Solò vul-  
tus sui aspe-  
ctu virtutem  
persuadet Sa-  
lesius in Vita*  
p. 1. c. 3.  
(h) *in ludu li-  
berario, inno-*  
*subjecit.*  
*ibidem.*

(i) *Parisiis in  
Claromonta-  
no Soc: JESU  
Palladio mā-  
suetoribus  
literis imbui-*  
*tur ibid, p.*

*Claud:*

timor, sed paginae candidissimis SALESII moribus concolores  
in assiduum vultum transferunt, in morata manu nec cala-  
mus levis, arundo dicendus sagittaria, qua capitales Latinita-  
ti hostes configit barbarismos. Quoties dicit lineas, toties  
inscitiae obsidionales, arbitratur se non recta via iturum Ap-  
pia, si vel à litera aberret, nè unquam in ignorantiae devia-  
ret tenebras: primam adolescentiae auroram Musis fecit a-  
micam. Objecerunt hæ Parnassi ardua, ut & hic haberet quod  
superaret, factumque est: dum SALESIUS ingenii sui facili-  
tate Pimplæos montes ut plana reliquit, decantatos à Poëtarum  
Principe errores Æneæ, toto Tyrrheno vagantis in Viam  
reduxit Appiam. Vicit Æneas discrimina pietate, Pietatem  
Æneæ superatura erat SALESII pietas, nam illius humeris  
Pater, hujus tota Patria incumbebat. Nec tamen hæc no-  
strum ità lassabant Viatorem, ut ad fontes declinaret tot cy-  
priorum Cygnorum natatu non amplius Castalios, sed quos  
Poëta Pegaseo pede excusserat, limpidissimô ille illos elicie-  
bat capite, & laurum ità rigabat Appollineam, ut cui sua de-  
bebat incrementa etiam se inclinaret de coëtaneis Victori,  
inter illius tempora, tunc primum immarcescibilis, suam in-  
venturâ æternitatem. Tantum denique SALESI de Poësi  
à tuis virtutibus Sacra meritus es, ut iter triumphale pro-  
secuturo :

(k) *Claudia-*  
*nus. Pang:*  
*4. Conf: Hon:*  
*Aug:*

(l) *alias opta-*  
*verat Salesius*  
*Columba,*  
*quibus An-*  
*gliam, sum*

*Universam* Ast tu aëreas aspernaris vias, nisi pennis columbae descri-  
*zelò Apostoli-* bendas, quibus Europam transvoles zelotes. (l) Pedibus in-  
*co transvola-* terim poëticis quà data Porta in ulterioris Gloriæ excurris  
*ret Europam;* calles, & campos intras non tam Rhetoricos quàm Martios,  
*L' Abbé in* multi-  
*Elog:*

(k) *Ipse tibi famulas præberet Pegasus*  
*alias,*

*Potaré que libens melioraque pondera*  
*passus,*

*Bellerophonteas indignaretur habenas.*

multiplicem Gramineam heterodoxorum animorum Viðtrici  
daturos eloquentiæ. Si Navalí temet accingis itineri, dat rostra  
dat flumen, Genevensi lacui Naumacham indicturum velitatio-  
nem. In arenam demum excendis Aristotelicam eamque  
Viðtricibus signas vestigiis. (m) Ibi ingenii tui altô absorbes  
Stagyritam, & nè eum suus mergat Evripus, per illud teres  
Pallium: quò te Sorbonensis honor vestivit, in viam per gra-  
dus Philosophicos iturum Appiam.

Sic palliatum Justinianus accingit Astræx gladio SA-  
LESIUM (n) quò legum Divinarum æquè, ac humanarum  
Vindex ad ingenii cotem acutô, viam literaris progressibus  
facit ad usque purpurata Jurisprudentiæ subsellia, unum ca-  
vens: nè Corpus Juris lèdatur unquam. Interim non Ju-  
ris Corpori, sed tuæ O! SALESI animæ intentat vulnus im-  
bellis Bellona: forum putas te intrasse Juridicum? lubricam  
nimis subiisti arenam, in qua etiam cataphractus, blandientis  
stratagematis impetu collabatur. Armare SALESI! hostis  
te operitur: En!

### Bellat adulteræ Ridentis in vultu voluptas. (o)

Hi cincinni, quos vides torquentur in funes, qui te capti-  
vent. Mirmillones oculi suis te irretire student retinis,  
stibiatæ buccæ, buccinæ sunt martem contra te animantes,  
& nisi resistas, etiam fortè pœana cantaturæ. Habet nempe  
& sua castra Cupido. Armare SALESI! castus furor titio-  
neum ministrat (p); invehere verecundè generose pugil, in  
cupidineæ militiæ Amazonom; & ego tibi meas SALESI ac-  
lero suppetias. Huc Pallas licentia Poëticæ mihi Gorgone-  
am porrige Ægyptem! assilient impudentem Medusæ an-  
gues, &: in medio fiat amore Lapis, adesto Mentor! & pedem  
faxi incide ita loquente scalpro: Oculorum hic scopulus è  
Cyprio emersit mari in Viam Appiam, SALESIANÆ Glo-  
riæ futurus Colossus; quoties fama pudoris SALESIANI  
publicatrix in hoc suæ buccinæ clangorem refregerit, toties

(m) *In Sor-  
bona supremæ  
Philosophie  
laurea conde-  
coratur in vi-  
ta p. 1. c. 6.*

(n) *Patavii  
auditis prele-  
ctionibus Ju-  
ridicis, crea-  
tur Juris ut-  
riusque Do-  
ctor p. 1. c. 7.*

(o) *Sarbiev.  
L. 2. oda 5.*

(p) *ibidem  
dum adhuc Ju-  
ris Prudentie  
dat operam  
insidiantem  
sue pudicitie  
lenam titione  
& ejellè in  
faciem spud  
repellit in pri-  
ta p. 6. c. 1.*

orbis audiat, SALESIUM visâ lupâ adhuc habere vocem; & tu Cupido qui cæcus ad viam SALESIANOS favores mendicasti Appiam, sputum, quod ultima sceleris excreavit nausea impetas, ita in vultum effrontis ejectum: ut una extinguat facem alias pudorem incineraturam. Ilbi estis effeminati Hannibales, nempe Captiæ ad amorum tædas bellicus vester refrixit ardor, & nervum belli cessistis Vestrorum cupidinum arcubus, quibus ipsi ad perpetuum militaris Gloriæ vulnus cæderemini. Hyberna siquidem nullibi metantur periculosis quam ad candidarum formarum Nives, ubi etiam congelatus strategus cæco resolvitur igne. Non extinguit hunc acetum, quod alpes fregerat, soplit tamen sputum SALESII ad salivam excreatam periclitantis innocentia. Durius bellum cum mollitie, quam cum terminalibus Italix faxis, potiorem Pænô declarat Victorem SALESIUM; imminutô igitur bellico spiritu cesseret Viætrices animare Cannas Capuanarum Ganearum succumbens poppysmati! dum interim Patavinus fornix in arcum SALESIO sinuatur triumphalem.

Contemptâ cæci Ducis face, in ulteriora gloriosum facienti passum D. Thomas Sol prælucet Theologus; ut atticis hæreséonque noctibus diem dicat. Huc advola in signis Genevensium Aquila (q) & enubilatô oculô, apud SALESIUM apricare! habes hic & solem quô illustreris, &

(r) *Magniloqui grave fulmen oris.*

Quô in Theomachum detones Calvinum, & inter Saturnales Thyasos triduanóque furentem œstrô percellas Bacchum. Deastrum hunc obstetricante Jovis tonitru, æternis dignum tenebris inlucem prodiisse testantur Poëtarum annales, nunc verò historia est; eloquentiæ SALESIANÆ fulmine exegetico sideratus expirat Bacchus, pænitentialium cinerum Urnæ è dolio inferendus. (s) Disertissima fulmina lux comitata Evangelica ebrias ferent mentes, veritatémque ostendit extra mendaciorum creticum. Fit impetus in ga-

NEO-

(q) *Urbis Gennevensis insignia, etiam*

*Aquilam exhibent.*

(r) *Savie. lib: 3. ode.*

29.

(s) *frequen-  
tiore exegesi*

*Salesti Bac-  
chanalisticæ  
exturbantur*

*gaudia in via*

*18 p. 4. c. 3.*

neonum abacos , & unà consternatæ è personatorum mimallonum vultibus delabuntur larvæ , tota rerum facies appetet melior. Fæcundi calices estote aliquando diserti ! & vel fractâ voce orgiorum dissipatori SALESIO attinnitote : Vivat SALESIUS ! salutem insanæ Patriæ debent illi amota pocula , fregit furentes Mænadum Thyrso incruentus Victor , alii sanguinem , hic nec vinum fudit , quod tamen cruori concolor & natura & pudor faciat , dum fortissimi nomen amittit , Baccho Indiarum victore in Galliis victo . Cede temulentum Numen alteri triumphantis currus habenas ! Spectaculum daturæ heroicum in SALESIANÆ Gloriæ amphitheatro :

### - Ogygiæ cedant sub Vincula tigres.

Grandior his antagonista , inimica Orthodoxæ Romæ Lerna è Gebennensi emergit palude , & vicinos latè intoxicans populos duo in SALESIUM erigit capita , (t) Bonnium & Davulium , SALESIANA ita congreditur dexteritas , ut utroque imminuat hydram , membrisque novis in corporet Ecclesiam . Penè acephalum monstrum hæreseos , virus totum eruat , tum propinat bibendum SALESIO , (u) nè bibe SALESI ! hoc haustu Gallica titubabit Ecclesia , nè bibe ! in hunc fontem spes universi cades , nè bibe ! hoc cymbio Allobrogum naufragabitur fortuna melior , nè bibe soporiferò hoc vigilantissimus commissi sibi gregis in veternum occumbet Argus . At quid nocéat innocentia ? mixta plus quam novercali odio aconita in degeneres Ecclesiæ privignos despumet Calvinistas ! Draconum fel , bilem , in male aduncum Rhinocerotis Bezzæ nasum cieat ! quid columbino (x) i- rascatur SALESIO ? Bibit ministratum Virus , animo , quo cicatam Socrates , toxicatum quidem cratera Cupresso mors coronavit Socrati , SALESIO lauro de astu heterodoxo triumphatrice , Victoria . Non audet ancilla mors nisi hono- rario haustu illum excipere , qui sibi vitam bis imperavit , (y) moriui is- jussitque à Via Appia , qua graderetur , etiam lapides a vobis sepulchrales , portentosæ virtutis in monumentum , in do-

Claud. in  
Pan: 4. Con:  
Hon: Aug:

(t) Bonnium  
& Davulium

Geminæ  
schole Calvi-  
ni columnas

prosternit , &  
reducit . P. 2.

c. 7. & p. 5.  
c. 6.

(u) propina-  
tum ab hete-  
rodoxi virüs

inoxiè bibt.

p. 4. c. 9.

(x) scđtō poß-  
mortem Sale-  
si corpore

non inven-  
tum fel p. 5.

c. 11.

(y) precibus  
Salesti duo

moriui isu-  
scitantur :

Th: Regnau :  
in Hagiol.  
Lugdun:

cumentum præterituri sacerdotis : SALESIUM in via pulvri  
excitatæ, sed mortuæ. His ogrestis ita excaecatur mors,  
ut triumphaliter gradientis SALESII non inveniat vestigia.  
Conspira hæresis, & emissitios sicariorum oculos cæcæ ad-  
das Libitinæ, & non jam odio tuo, sed & oculis invisum ex-

(z) prodigio-  
ſe ab oculis  
ſicariorum e-  
vanuit. p. 2.  
c. 3.

(aa) mutos,  
cæcos paralyti-  
ſi affectos ſani-  
ti refiuit.  
Th. Raynaud.  
dus in Hag.  
Lugd.

linguati prodent SALESIUM, percontare cæcos, illi thau-  
maturgæ virtutis oculati testes viderunt SALESIUM, scisci-  
tare ex Paralyticis, & illi extentæ in prius manu ostendent  
SALESIUM, de morte ejusque comitatu morbis, Victorem  
via Appiæ properare. (aa) Manifestant quoque gradientem

inaccesū mollioribus calles, quæ iit: illò sanguine alpinæ ru-  
buere nives, Claud: è pedibus Apostoli depluo, quem jurata ve-  
ritati orthodoxæ hostilitas prodigere tentabat toties, nun-  
quam honoratioſternitur ſemita, quam ubi pulchre fluen-  
tis cruoris calcatur roſa, ſic purpurata tellus ſuperbiebat,

(bb) vestigia  
ſanguinea ni-  
vibus impri-  
mit. In vi-  
ta. p. 2. c. 2.

sub pede SALESIANO (bb) viamque dare videretur Regi-  
am, niſi ille Appiam elegiſſet. Ait non tam ſanguinis ſui,

quam Vaticanæ videtur inambulare purpuræ, quam cum  
posſet gestare humeris, infra pedes abjecit honorum trium-  
(cc) inter  
Purpuratos  
Ecclesiæ Pa-  
triæ renuit ad  
ſcribi. in vita  
p. 4. c. 13.

phator. (cc) Sat altum illi dignitatum videbatur fastigium,  
Genevensia Petri & Pauli Apoſtolorum conſcendiffe limina,  
Patent illi portæ, patent pectora, poſtquam Ei ſuarum Vir-  
tutum Petrinque Vicarii ſuffragiò Clavis Genevensis obti-  
giſſet. Poſt ultroneam animorum deditiōnem hæreditariis

Proto-Piſcatoris retibus Gebennense ſtagnum facit veſtigale,  
& dum in diſcordiarum piſcatur turbido: Scylla illi, ille ayo-

(dd) Summi  
Pontificis juſ-  
ſu de contro-  
verſis fidei  
capitibus  
cum Theodo-  
ro Bezo congre-  
diuit, in vita  
p. 3. c. 1.

latus à Petra Petri ſacrilegè lapis Beza oblatrat. (dd) Cede  
malè cauteriata cautes inter abjectas in omnem ſcelerum  
vilitatem Lemanianæ paludis Algas, offendionis scopule, in-  
durate pertinaciā Marpese ! ſed ſtuuam verbero, nec pro-  
biſſimo, omniāque vincente SALESII labore, Diuinis inter  
reliqua Virtutum ſuarum monumenta erigendam honori-  
bus, jacet ſuā obſtinatum duriſie ſaxum, imò ne verborum  
ener-

energicorum pondere illud inculcata conterat pænitentia ; suarum cupiditatum revoluitur Sisyphō. Unus lapis Viam Appiam SALESIANÆ Virtuti non facit inviam , relinquit hunc giganteis post se passibus , ut Hermam, indicem transfiguratur : hac SALESIUM ivisse triumphatorem. Alterum lapidem jaciunt obvia Viatori rudera (ee) super quem, spon-  
(ee) xelō anē-  
marum ducet  
sub dio inter  
rudera perno-  
dat. p. 2.c.2.

Mollis anser plerosque tunc sibi pigre incubantes , prodit ardui Capitolii hostes, SALESIO interim substernitur silex , & aestimate heroēm ! cui non aliud sufficiat tegmen, cælo tegitur, ob excussas plumas dignus Historici Oratorisque calamo, dignus Divorum pulvinaribus, ita tecto, hyemanti inter aestus charitatis , non audet insultare aërea dominativa in frigidiores potestas, toties vi illius coacta militare. (ff)

*Illam impotentium exercitus imbrium  
(gg) Insana aquarum rumpere prælia,  
Undas refringentemque flamas  
Attoniti pavet ira mundi.*

Dedit leges ventis, imbribus, fulminibus, supremus Dictator rerum SALESIUS, sed & ipse legibus sese subjicit , novam nauctus apud D. Franciscum de Paula Vincendi regulam. Ad hanc ungit palatum oleō, nunquam perditō, eā operā: quā Vietricem tot Apitorum gulam sternat Pancratias. Athleticos hōscē agones ultimus coronatus agon in hortum deducit SALESIUM (hh) certus coronæ quam ipsi meritissime debuere flores, vindicatum candorem lilia, humilitatem violæ, rosæ conservatam Verecundiam, Narcissus candidus, retentam à primo fonte Innocentiam fert tenetur triumphali, floridō odore non indiget, ipse sibi opobalsamum. (ii) Apes mellilegæ! Apes! omnem exanimate florem, quantum ceræ debeat SALESIANO funeri accendendæ, quid ajo funeri? Gloriarū dicere debebam nunquam extinguendæ,

(ff) Stitit.  
semestates.  
in vita p. 5.  
c. 11.  
(gg) Sar-  
bier. l. 3. e-  
de 14.

(hh) Lugduni  
Francie in  
Sandimonia-  
lium horto  
sub olitoris  
tugurio pien-  
tissimè mori-  
tur. in vita  
p. 5. c. 9.  
(ii) prodigio-  
sum edit odo-  
rem moriuntur.

Vivat Oratoris Protopopœjā SALESIUS! Eja SALESI  
expergiscere! sarcophagus in triumphale aperiatur effsum,  
næniæ recantentur in Epinicia! de se, hæresi, Vitiis, & morte  
triumphavit SALESIUS! non sit præposterus pompæ, nec  
Orationis Ordo si ea, quæ precesserunt, Auditori revocentur.  
Gæc viam præmonstret Appiam subsecuturo Victori, di-  
gno qui etiam à cæcis videatur. Ille quem vinculavit Para-  
lysis, soluta per SALESIUM manu obstantem amoveat po-  
pulum, ita nempe obligat hodiernus Victor, ut etiam liber-  
tate donet manuum. Mutus, jussu miraculoſo SALESII  
Vocalis, proclamet: SALESIANAS Victorias nec à mutis ta-  
ceri posse. Proxima illi Fama grandiori tuba mortuos exci-  
tet, quos SALESIUS in Vitam & acclamationem suam revo-  
cavit. Illustrenr & redivivæ illius triumphos umbræ, ru-  
ptaque silentum lege ereptas morti loquantur victorias,  
sternentibus interim per Appiæ compita Manibus vietas  
Cupressos, in signum: adhuc SALESIUM vivere. Tum Bac-  
chus corymbos hederásque lacer, inter triste gementum fa-  
tyrorum tibias, sobrio passu subsequatur, fracta carchesia  
arentésque thyrsi, larvarumque disceptarum fercula Victorix  
SALESIANÆ Opima præferantur! proximum pedem vietus  
Cupido admoveat, SALESIANO sputo per vultum defluo  
informis, ad declarandam festivain triumphi lucem extinxet  
spuriorum Amorum faces præeant, fractorum arcuum effæ-  
minatorum pigmentorum canistra sclavi Mangones gestent  
Capistrata demum succedat hæresis, laceraque suorum er-  
rorum volumina imminentis insternat triumphatori. Ca-  
pulare illud silicernium Beza posteaquam renuisset duci,  
trahatur, subiecto intellectu, sola voluntate refractarius.  
Tum nivea quadriga novæ Romæ Camillus SALESIUS de  
heterodoxa Gallia, ejusque vitiis Viator aurigante invehatur  
innocentiæ! sic pergit, cui infallibilem Rotam addidit Ro-  
ma; suum illi qui debent florem manibus plenis substernant  
lilia Galli! repudiatus honor Vaticanô Galerô umbram fa-  
ciat triumphanti. Hinc in obeliscos illinc in colosso cal-  
cata

cata Apostolico pede montrum assurgent fastigia! reliquias  
documentô nec faxum tam rude esse, ut adeptam à SALESIO  
non intelligat felicitatem! curiū triumphalem sequantur se-  
ptuaginta duo millia (kk) SALESII Herculis Gallicani in li-  
bertatem filiorum DEI tracta catenis. Pompam excipiat  
Circus Maximus (ll) aeternitatis. Claudio triumphale a-  
gmen, etiam inter trophæa SALESII linguâ captus ducitur  
Orator; Jure & belli, & victoriarum servus, Latinitate dona-  
tus, sed nimis in laudes SALESII indifertâ. Grandia enim  
SALESII encomia expectanti Auditori: Eum tantum inter  
Virtutum monumenta dese, hæresi, Vitiis Victorem,  
via ivisse Appiâ dixi.

(kk) 72. he-  
reticorum  
millia reduxit  
Rag. in Hag.  
Lug.  
(ll) ad circum-  
maximum fi-  
nis via Ap-  
pie. Dona-  
tus S. J. in  
descrip:  
Roma veteris  
ac recentis.

A. M. D. G.



